

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Beantwortung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. ÜbersetzungDie Meuterei der Soldaten Caesars

- interea domitis Caesar remeabat Hiberis  
 uictrices aquilas alium laturus in orbem,  
 cum prope fatorum tantos per prospera cursus  
 auertere dei. nullo nam Marte subactus
- 5 intra castrorum timuit tentoria ductor  
 perdere successus scelerum, cum paene fideles  
 per tot bella manus satiatae sanguine tandem  
 destituere ducem, seu maesto classica paulum  
 intermissa sono claususque et frigidus ensis
- 10 expulerat belli furias, seu, praemia miles  
 dum maiora petit, damnat causamque ducemque  
 et scelere inbutos etiamnunc uenditat enses.  
 haud magis expertus discrimine Caesar in ullo est  
 quam non e stabili tremulo sed culmine cuncta
- 15 despiceret staretque super titubantia fultus.  
 tot raptis truncus manibus gladioque relictus  
 paene suo, qui tot gentis in bella trahebat,  
 scit non esse ducis strictos sed militis enses.  
 non pauidum iam murmur erat nec pectore tecto
- 20 ira latens; nam quae dubias constringere mentes  
 causa solet, dum quisque pauet, quibus ipse timori est,  
 seque putat solum regnorum iniusta grauari,  
 haud retinet. quippe ipsa metus exsoluerat audax  
 turba suos: quidquid multis peccatur inultum est.
- 25 effudere minas. 'liceat discedere, Caesar,  
 a rabie scelerum. quaeris terraque marique  
 his ferrum iugulis animasque effundere uiles  
 quolibet hoste paras; partem tibi Gallia nostri  
 eripuit, partem duris Hispania bellis,
- 30 pars iacet Hesperia, totoque exercitus orbe  
 te uincente perit. terris fudisse cruorem  
 quid iuuat Arctois Rhodano Rhenoque subactis?  
 tot mihi pro bellis bellum ciuile dedisti.  
 cepimus expulso patriae cum tecta senatu,
- 35 quos hominum uel quos licuit spoliare deorum?  
 inus in omne nefas manibus ferroque nocentes,  
 paupertate pii. finis quis quaeritur armis?  
 quid satis est, si Roma parum est? iam respice canos  
 inualidasque manus et inanis cerne lacertos.'

---

tentorium (5) = tabernaculum

Fortsetzung nächste Seite!

**II. Sprachliche Erläuterungen:**

1. Geben Sie grammatikalische Erläuterungen zu "maesto classica .../intermissa sono" (8/9)!
2. Wie ist "tot raptis truncus manibus" (16) zu verstehen?
3. Erklären Sie den Sinn von "paupertate pii" (37)!